

CXXXXV.

P. P. VERGERIO A FRANCESCO ZABARELLA (?) ^(a) ⁽¹⁾.

[B, c. 48; P, c. 42; Ra, c. 45 B].

(?)

Ad onta del fermo suo proposito, teme d'essersi mostrato indegno della sua amicizia, poichè è stato negligente nell'adempiere i doveri che essa impone;

e questo suo fallo è tanto più grave in quanto egli non meritava d'essere, nonchè l'amico, ma neppure il servo di chi lo onorò della sua estimazione,

5 VEREOR ne parum amicitia dignus videar, qui, cum ita me constituerim ut post virtutem, qua nichil evenire homini prestantius potest, hoc precipuum munus ante omnia colerem, non satis quantum decet strenue officium in eo gesserim. in qua re et deliqui graviter et non dissimulo. infelicissimi enim ingenii videtur et eius in quo nulla sit spes habenda, cum in ea re plurimum erret, in qua studet minimum ^(b) errare. quid enim in ceteris faciet, si negligenter id aget quod maxime sibi cure est? ego vero, postquam ingressus sum ut vulgari vocabulo minimeque michi debito, amicum dicerem, ita prosequar ut hac oratione, perpetuo te hoc nomine appellem ^(c). gravissimo itaque crimine damnatus
15 michi videor, quod a te, tali viro, in amicum electus et ita semper a te appellatus, qui ne quidem inter assecclas ^(d) et servos connumerarier digne possum, debitum michi munus neglexerim. quid enim aut honestius optare potuissem aut gloriosius contingere michi posset quam quod dignus tua existimatione iudicarer? et
20 iudicasti quidem de me semper egregie....

(a) B P. P. V. PEiusdem ad L'intestazione Francisco Zabarellae, che leggesi in Ra, è stata aggiunta da mano assai recente. (b) B cum in ea rep. erret in qua studet nimium P Ra cum in ea republica erret... nimium Combi mette in ea re plus erret... minus (c) B appellem gravissimo. itaque (d) Codd. assedas PM c. 112 in margine: « Uterque codex sic habet: forte assecclas ».

(1) Dal luogo che occupa nei codici B e P, tra l'epist. CXXIII e l'epistola CXXIV, ambedue indirizzate allo Zabarella, si potrebbe arguire che questo brano fosse parte d'una lettera dettagli forse dopo la metà del 1409 e

prima del giugno del 1411; ma la voce « connumerarier » (r. 16) pare indichi una data vicina al 1395-6, periodo in cui il V. leggeva Terenzio in compagnia dello Zabarella (cf. l'epist. LXIII, e « deludier » nell'epist. LXXI).